



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Capellani, & Beneficiati obligatio celebrandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

est Doctrina communis. Quamvis igitur consueta sit praxis, Sabbato Sancto, & die Iovis Sancti, abstinere Sacerdotes à Missa in signum meroris ex Christi Domini passione concepti, tamen posset suas quisque celebrare Missas privatas etiam summo mane, etiam in templis publicis, nec solum in Oratoriis privatis, ita Suar. Fagund. Delugo, qui eos citat, sequiturque d. 20. de Euch. sec. 1. n. 18. Ratio est, quia pro die Iovis nulla adest prohibitio, & pro Sabbato Sancto, si quæ fuit, iam abrogata usu etiam tumoratorum fuit. Scio à Persicco de off. Sacerd. l. 1. d. 6. n. 40. afferri decretum sacræ Congregationis disponentis in Cena Domini unam tantum esse Missam celebrandam: sed vel dispositio est de Missa solenni, vel certe de ea nondum constat authenticè.

2. Incipit autem talis Missa privata Sabbati Sancti, à Kyrie eleison, exclusis Prophetis, & Litanis, quæ solum in Missa solenni recitantur: & iis exclusis, obligantur fideles audire, si possunt, quando forte dies Sabbati Sancti sit festivus ex præcepto. Sic Delugo de Euch. d. 20. sect. 1. n. 21. In quo casu tam Sabbato, quam die Iovis plures Missæ possent, non obitante maiore Passionis Domini, in Ecclesiis offerri, quot scilicet ad satisfaciendum populo, moraliter necessariae iudicantur. Ita March. de ord. tom. 3. p. 3. cap. 8. fin. Feria autem sexta, id nequaquam potest, quia Ecclesia prohibet eo die Missam celebrari: nec enim illa, quæ tunc celebratur, cum desit consecratio, Missa essentialiter est; unde, nec eadem Ecclesia obligat fideles ad audiendam Missam, si forte in dictum diem incidat festum alias de præcepto, ut iam sacra Congregatio declaravit, apud Gavant in Rub. Miss. 4. t. 9. n. 24.

3. Illud hic notandum, in die Iovis, & Sabbati Sancti, non posse fieri sacrum solemne in Ecclesiis seu Oratoriis Confraternitatum, nec fieri Sepulchrum cum asseruatione Sanctissimæ Eucharistiæ, nisi de licentia Episcopi. Ratio huius rei ducitur apud March. de ord. t. 3. p. 3. cap. 8. num. 6. ex prohibitione sacræ rituum Congregationis. Hic Panorini videtur esse tacita aliqua licentia, vel consuetudo, passim enim die Iovis Sancti, eiusmodi sacralium Societates in suis Oratoriis hæc peragunt.

§. II. An obligetur aliquando Sacerdos Missam celebrare.

1. **H**ic, ubi agimus de tempore Sacrificij, dubitatio hac reduci convenienter potest. Et obligari quidem sub mortali simplicem Sacerdotem (nam de beneficiis, aliisque similibus, mox) saltem ter in anno, docent nonnulli, apud Dianam p. 2. tr. 1. q. 19. & præcipue in Natali Domini, Paschate, & Pentecoste. Satis esse si, præciso scandalo, semel, hoc est, in Paschate, quod est obligatio communicandi, a. putant cum Sancto Bonaventura in 4. d. 12. art. 3. quæst. 2. 1. Nihilominus, cum aliis censo, Sacerdotem, qui nunquam toto vitæ suæ tempore, sacrificat, dummodo in Paschate communicet, saltem mortaliter non peccaturum, ex eo præciso, quod non sacrificet. Sic Gabr. Sotus, Cætan. Victoria aliique apud Fagund. 1. Eccl. præcept. lib. 3. c. 15. n. 1. Adde Delugo de Eccl. disp. 20. sect. 1. num. 2. vide etiam Suar. de Sac. d. 2. q. 8. sect. 1. paragraph. Hæc res. & Matchin. ordin. t. 3. pag. 2. cap. 36. Ratio est, quia non apparet præceptum cum tanto rigore obligans, ut latè habent citati Doctores.

Parochorum obligatio celebrandi.

2. Quoad Parochum, certum est obligari vel per se vel per alium curare, ut quando ejus parochiani obligantur audire sacrum, celebraretur Missa, quia ad hoc recipiunt stipendium, & tale munus acceptant. Ita Coninch. de Sac. q. 83. art. 2. d. 1. num. 202. Conc. Trid. sess. 22. cap. 12. Extra id tempus, ablata legitime consuetudine vel lege, vel pacto, non sunt obligandi Parochi ad sacrificandum, quia tale præceptum, in iure non adest. Ita

Matchin. de ordin. tract. 3. p. 2. cap. 30. num. 1. Lo. Minini, sicuti uni Missæ obligantur interesse Fideles, unam celebrare quantum est ex hoc capite, ita Parochos. Ita Fagund. Eccl. præcept. c. 16. n. 1. Denique, an idem teneatur applicare aliquam vel pro suis ovis, vide infra l. 2. c. 2. §. 16.

Capellani, & Beneficiarii obligatio celebrandi, etiam in Ecclesiis Collegiatis.

3. Iam Capellani, vel Beneficiarii habentur tum est obligati ad eas Missas eo tempore celebrandas, quas iuxta Fundationem vel pactum debent: Solum materia, spatium multa, l. 3. differemus.

Obligatio celebrandi quoad Ecclesias Collegiatis.

4. In Ecclesiis Collegiatis, Cathedralibus, Cathedralibus, ubi competens est Sacerdotum numerus, Primo quotidie, saltem, una Missa privata etiam Solet Secundo altera cantata, quæ dicitur Conventus seu solennis.

Dico, Quamvis aliqui in Rectoribus, cunctis ecclesiis, mortale peccatum agnoscant, si aliquæ hoc deficient. Ita Match. de ord. tr. 3. p. 2. c. 30. d. 2. Suar. & Fag. Coninch. de Euch. q. 83. art. 2. d. 1. Laym. l. 5. t. 5. c. 2. n. 5. Tamen probabile est cum in Summa, de Euch. n. 94. (præcise de ab aliquo tali Ecclesiæ obligatione) Missam five private five solennem semel, vel bis omittit in habundantia non esse saltem mortale. Ratio est quia nullus est gaudus sub culpa levis, nisi manifeste constet incepto obligante: at non apparet tale præceptum, quod tantum onus susceptum fuerit à Collegiatis, quod collegiatis sint. Ita March. ibid. n. 1. Suar. de 7. c. 15. Metastus apud Dianam p. 4. tr. 3. ref. 38. 5. Dices etiam adversariis, omittit talem Missam Primò scandalum, Secundò contra consuetudinem ecclesiarum. Tertiò contra Cap. cum creatura, de violatione Missarum.

Respondeo ad primum, non fore ad summam populi admirationem. Ad secundum, hæc non est consuetudinem acceptam sub mortali, quia de hac constat. Ad tertium, negò colligi præceptum grave, et ad capitulo; quod, hic excerptum, iam probat.

Cum creatura non habeat quid pro meritis reprobis Creatori &c. & infra: Mandamus, quatenus nullum torporum negligentia obrepere permittatis, qui minus & anniverfariis defunctorum, & pro festo, vel feria, iuxta temporum congruentiam Missarum solennium, etiam liter, celebratis hæc Canon. Vbi nota. Primo illud, Mandamus, quod ex aliquibus bonis Doctoribus non tantum præceptum sub mortali. Ita d. 20. p. 1. lib. 5. c. 6. p. 1. n. 1. V. lex, n. 6. expurgatus, n. 5. Nota secundò illud, congruentiam temporum, & illud Torporum, quod solum notant moneri Prælatum, ut sine torporum officij, & Missæ, iuxta Rubricas, non omittantur non igitur novum præceptum.

Nota Tertiò, aliquos Canonistas cum Abb. in d. cum creatura, parag. Item nota, immerito ex hoc colligere, semper in dictis Ecclesiis, etiam in festis, etiam de necessitate duo Missas, alteram de defunctis, alteram de festo vel feria occurrenti, ni dicantur, perinde mortaliter à Prælo: Immerito, inquam cum Fagund. l. 1. tr. 5. cap. 4. num. 104. fine. Coninch. de Euch. q. 83. art. 2. dub. 1. num. 204. siquidem Canon, solum continet ut Anniversaria non omittantur, iuxta cuiusque ecclesiæ obligationem, & in tali die Anniversarij, prætextu Missæ celebratæ pro defunctis, non negligantur Missa de festo, vel feria iuxta temporum congruentiam celebranda. Cæterum nequaquam præcipit, ut singulis diebus celebraretur Missa defunctorum, inveniendi enim esset, in Paschate v. g. defunctorum celebrari.